



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 81. Variæ S. Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

Sæc. XVII. Parochi plus percipient in Sepulturis,
A. C. 1638. quæ sunt in Ecclesiis Regularium,
 quam in eis, quæ sunt in propriis,
 seu aliorum Clericorum Templis. Quoniam vero Cardinalis Barberinus Papa
 Nepos non ita pridem Romæ cubiculum S. Catharinæ Senensis cum suis
 parietibus & picturis ad Ecclesiam S. Mariæ super Minervam transferri, &
 prope Sacristiam collocari curavit, ea
 propter Papa, ut hoc Sacellum Sacris
 muneribus decoraret, die vigesima se-
 cunda Maij præter plenariam indulgen-
 tiā pro visitantibus præfatum Sacel-
 lum in ejus die festo concessit, ut Sa-
 cerdos in Ara dicti Sacelli pro anima
 defuncti celebrans, eam liberet a po-
 nis per modum suffragii: excommuni-
 cationem autem intentavit Pontifex
 fœminis, quæ præfatum Sacellum, præ-
 terquam in die festo S. Catharinæ in-
 grediuntur: Denique die vigesima nona
 Julii idem Pontifex, ne libri ex Biblio-
 theca PP. Capuccinorum extraheren-
 tur, inhibuit, Superioribus tamen con-
 cessit, ut inutiles libros cum aliis com-
 mutare valeant.

§. LXXXI.

Variæ S. Congregationum decisiones.

Inter

Inter diversa Sacrarum Congregatio- Sæc. XVII.
 num decreta, nonnisi pauca addu- A.C. 1638.
 cere lubet, & primo quidem Sacra Ri-
 tum Congregatio die sexta Februarii *Conf. Ep. de-*
 præcepit, ur deinceps in Calendariis *cis. S. Con-*
 locorum fiat nota, *ad libitum*, quando *gr. Rit.*
Epist. Con-
 Officia non sunt de præcepto: Die au- *cil.*

tem decima tertia Julii S. Congregatio
 Immunitatis declarabat, quod absolu-
 tio a censuris ex cauſa violatæ immu-
 nitatis Ecclesiasticæ sit reservata sum-
 mo Pontifici: declaratum quoque die
 vigesima quarta Septembbris, quod si
 Vigilia S. Joannis Baptiste incidat in
 diem Corporis Christi, non sit eo die
 jejunandum, nec abstinendum a car-
 nibus, sed anticipandum sit Jejunium
 die antecedenti, scilicet feria quarta.

§. LXXXII.

*Propositiones ex libro Claudii Segue-
 noti decerptæ atque a Facultate
 Parisina damnatæ.*

Die tertia Maij Petrus Chapellanus *Abregē*
 Facultatis Theologicæ Parisiensis *Chronol. de*
 Syndicus Sorbonæ Doctoribus expo- *v. Hist. Eccl.*
 luit, quod Claudio Seguenot Pater *Siecl. XVII.*
 Oratori novissime S. Augustini tracta- *Argentr.*
 tum de *Virginitate*, Gallice reddiderit, *Coll. Jud.*
t. 3. p. 25.
 notisque oppido suspectis auxerit: Re-
 percepta mox Facultas sex selegit Do-
 ctores,

S 5